



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

BB. XXVI. Japones MM. 5. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

5.Feb. VITÆ SANCTORVM. 73
ubi prodita pudoris arx conflagrasset. Ambulavit illa pér omnes fraudes; sed cæcam ad munera, surdām ad blanditias & minas invenit. Itaque Prætor amorem vertit in odium, martyriqué ubera auferri imperat. Tulit facile eam jacturam virgo, gnata Ecclesiæ sobolem non tam lacte matrum, quām sanguine martyrum ali: sed nec uberibus diu caruit, medicinam D.Petro faciente. Quintianus, ex amatore jam carnifex, dum nudam in testatum fragminibus prunisq; volutari mandat, ecce mota insolite terra, cùm duos supplicii auctores oppresisset, populum etiam ita commovit, ut re ad seditionem spectante, ad carcerem virgo reduceretur. Ibi inter vota animā in sinum ac amplexus Sponsi sui expiravit. Tumulum sepultæ Cælites marmore ornarunt cum hâc epigraphe: *Mentem sanctam, spontaneum honorem Deo, & patriæ liberationem.* Quintianus dum Panormum fortunas virginis direpturus trajicit, equorum calcibus in undas exturbatur, libidinis & avaritiæ sitim positurus. Ajuat corpus ejus nunquam repertum sepulchro caruisse. Nimirum, ut castitas ab Angelis, ita impuritas ne ab homine quidem meretur tumulari.
Ex Surio.

Christi exemplo vivendum est tibi, ô pudicitie amator, si Sanctorū cupis habere consortium. Ab immunditia & turpitudinis cogitatu pectus emunda, quoniam nulos nisi sanctos & justos, simplices & continentes cœlestis aula suscipiet. S.Laur.Justin.Lign.Vitæ cap.3.

BB. XXVI. J A P O N E S M M.

5.Februarii.

NULLAM Oriens tam nobilē, quām Martyrum mittit purpuram. Eam anno M.D.XCVII.

D 2 sanguine

sanguine suo Japones tinxerunt. VI. erant supra XX. qui Meaci auriculâ mulctati , Nangasaci in crucem acti ac lanceis sunt confosci. Erant inter hos sex è D.Francisci, tres è S.Ignatii familia; quorum constantiam ex discipulis, iisque pueris disce. Tres erant Sacerdotum nuper ad aram ministri, nunc ad crucem socii , ipsi mox futuri Sacerdotes & victimæ. Ex his LVDOVICVS annorum XI. & emitrendus è vinculis , si fidem fecisset missam, respondit, nolle se stultum mercatorem agere , & momentum immortalitate mutare ; in loco supplicii suam sibi crucē monstrari voluit, ad eamque velut ad cupedias cursu contendit. Cælo denique in cruce jam proprietor, oculis totoque corpore gestiente, illuc videbatur evolaturus, nisi vincula prohibuissent. Geminus huic ANTONIVS cantu invitavit ad mortem socios , & Davidis verba (*Laudate pueri Dominum*) melior cygnus insonuit. Idem omnium fuit ad cruces currentium certamen , eadem è crucis cathedrâ conciones, una morientium vox Jesum ac Mariam inclamatium, quæ cum à Christianis astantibus reddetur, non potuit jucundior Dei auribus Echo accidere. Victoribus URBANVS VIII. Pontifex triumphum decrevit, & Beatos pronunciavit. Ex Ioann.Hayo.

An non merito coronabitur, qui sic certaverit, mundum abjiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod gloriiosius est, de semetipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? S.Bernard. Sermon. i. de Omn. SS.

S.BER-

D
nam
VVA
niqu
tinus
ret,
rent,
dispe
bant
bat.
tores
dere
Et fe
BERT
cūm
ait ill
vantil
ligna
Devs
conju
utqu
ad pa
Verū
qui B
ipse d
specta
put B
verò
quam